VERS. 15. — INCRASSATUM EST DILECTUS. Hoc omniæ præterita propheticè significant futurum; hec enim omnia futura prædictabat Moses ita certò, ac si iam facta fuissent. Itaque incrassatus est, id est, incrassabili opibus; delectus et luxu in Chanaan; dilectus, hebr. iscarum, id est, rectus, uti noster veritatis cap. seq. v. 5; vocat autem Israhelum rectum, quia reciessima fide et religione Deum verum celebat. Noster hic dilectus veritatis, quia iscarum etiam directum, scilicet à Deo, id est, dilectum, significat. Et hoc epithetum huic loci magis convenit. Si enim filii et discipuli à parentibus et præceptoriis dilecti ac latè habiti et pasti, illi recalcatrare solent. Ita Apostolus juniores viduas ab Ecclesiâ ali vetat, quia, inquit, cum luxuriate fuerint in Christo (græce in Christum), id est, in Christi injuriis), nubera volunt, 1 Timoth. 5, 11. Posset tertio iscarum deduci à scor, id est, taurus, q. d.: fuit iscarum, id est, inter greges populorum fuit quasi taurus, dux gregis, id est, fuit Deo quasi primogenitus, et princeps aliarum genitium; ita Forerius in e. 44 Isaiae.

RECESSIT A DEO SALUTARI suo, id est, salvatore suo. Ita Septuag. Chald., recessit à Deo redemptore suo, qui scilicet eum ex ægyptia servitute redemit.

VERS. 16. — PROVOCABERUNT EUM (provocabunt Deum ad iram et indignationem) IN HIS ALIENIS, eos scilicet colendo.

VERS. 17. — IMMOLAVERUNT DEMONIS. Hebr. scedim, id est, vastatoribus, qui animas, corpora, bonaque omnium stiorum cultorum diripiunt et devastant; hoc enim faciunt demones, qui summi sunt tyranni.

Novi RECENTESQUE VENERUNT, nuper dñi esse, haberi et coli coepert.

Talia quoque sunt hereticorum dogmata sive commenta, que proinde Apostolus vocat profanas vocem novitatem, à novantibus, id est, hereticis, adiumentis. Quare christiani presbyteri et diaconi Alexandrini, praefecto ad arrianismum eos adhortanti responderunt: Desine his vobis nos perterrere, à verbis inanibus te cohipe; nam nos neque novitum, neque recentem colimus Deum, ac tametsi tu vel fluctibus jactaris, spumam ore tenerè fundis, et tanquam venatus violentus in nos cum impetu ruis, tamen non ad extremum usque spiritum sumus doctrina pietatis firmè adhesuimus. Ita Theodor. lib. 4 Hist. c. 20.

Vere et apposite dixit noster Vigilius in Scotia hoc anno martyris: Fides ministerum Scientiæ tantum est octenius; nam deos primarios articulos fidei, quos ante octo annos etiam libri contra eos editi damarunt, jam credunt et docent, scilicet regem esse caput Ecclesiæ, et episcopos ac episcopatus esse admittentes. Plus dixit S. Hilarius, scilicet, fides hereticorum esse bimenses et trimenses, quia ipsi in singulos annos, in multis, sapient fidei sua dogmata comitantur. Innovante, inquit S. Hilarius ad Constantium imperatorem, fides unus inolevit; et facta est fides temporum posteriorum, quam Evansiolorum; periculum nobis admodum atque etiam miserabile est, tot numeri fides existere, quot voluntates, et tot nobis doctrinas, quot mores. Vere noster Fru-
sianus:

Una fides cum sit, quam nos docere parentes,
Cur nunc tibi fidibus: Indutus una fides,

VERS. 18. — DEI QUÆ GENITI DERELIQUITI, ET OBLITUS ES DOMINI CREATRIS TUI. Est admiratio, q. d.: Qui fieri potuit, o Israel, ut dederis obliuionem Deum, qui parturit et genuit te, quippe fortissimum fortem et validum te precreavit et efformavit? unde hebrei sic habent: Petre, quæ te genuit, oblitus es; oblitus es fortis, qui te parturit?

VERS. 19. — ET AIT (Deus peccatis Israelitum iratus): ABSCONDAM FACIEM MEAM AB EIS, meum favorem, curam, protectionem, beneficia (horum enim symbolum est facies) ingratis subtraham et subducam, itaque otiosè spectabo et considerabo novissima eorum, quid scilicet ipsi à me destitutis tandem eventurum sit, quem fructum ex suis idolis et peccatis relatur sint.

VERS. 21. — IPSI ME PROVOCABERUNT IN EO, QUI NON ERAT DEUS, etc., ET EGO PROVOCABO EOS IN FO, QUI NON EST POPULUS. PRO PROVOCABERUNT et provocabo, hebr. est kana, id est, ad invidiam,

emulationem, zelotypiam provocabo, ut cum sponsa unum rivalem preponit alteri, cum ad zelotypiam concitat. Ita enim Iudei vane idolis adhaerentes, neglegto vero ipsorum Deo, quantum erat ex parte suâ, cum ad emulationem et zelotypiam provocabant; unde justè simili annulatione puniri eos Deus, q. d.: Ego vicissim provocabo eos ad emulationem et invidiam, preponendo eis alias populos. Nam faciam, ut illos qui non sunt populus Dei, inô sunt gentiles et idololatri, feliciter vivant, opibus, imperio et gloria abundant; inô subjiciant et dominentur populo meo, scilicet Hebreis, eosque affligant, diripiant et occident.

Alier haec explicat Abulens., ut et in, capitulo pro instar, q. d.: Sicut ipsi irritaverunt me in eo qui non erat Deus, id est, facientes de me, vel contra me, tangunt non esse Deum, es semique similis idolis; ita ego irritabo eos in eo qui non est populus, id est, instar ejus qui non est populus meus, sed hostis, et in gente stulta non irritabo illos, id est, ita eos provocabo ad iram, vel ad derisionem, sicut provocavant homines stulti. Sic enim Babylonii et Romani iudeibrio habuerunt Judeos. Verum prior sensus planior est et magis genuinus.

ET IN GENTE STULTA IRITABO EOS, commovebo eos ad iram et invidiam, preponendo eis gentem stultam, vilen et ingloriam, scilicet Assyrios, Babylonios, Persas, etc., qui eos superaret, subjiciant et dixerint. S. Hieronym. ad Fabiol. de 42 Mansio, in ult., haec refer ad vocacionem gentium, rejectis Iudeis; nam canonicus, inquit, hoc Mosis extremo apertissime Synagoga projectus, et Ecclesia Domini copularunt; inô è vel maxime haec referenda esse, docet Apostolus Rom. 10, 19. Vide ibi dicta. Unde et Theodor. q. 41, sic explicat, q. d.: Sicut vos uno Deo relieto, plures falsos deos et anteposuitis, sic ego, relieto uno populo, conferam omnibus gentibus salutem; verum vos colistis eos, qui vere non erant dii, nec eos colendo, deos efficer potuistis; at ego gentes insipientes vere implebo Spiritu divino, vos autem videntes contabescitis invidiam.

VERS. 22. — IGNIS SUCCESSIONIS EST IN FUREORE MEO, ET ARDEBIT USQUE AD INFERNI NOVISSIMA, q. d.: Ultio ire et indignationis meæ in eis parata est, et exardecset instar ignis, adeò ut ad inferni novissima perflingat; est metaphoræ et hyperbole, quæ verbis sequentibus explicatur, ita videlicet, UT DEVORET TERRAM CUM GERME SIC, ET MONTUM FUNDAMENTA COMBRAT, scilicet ut ima et profundissima terre et montium loca

consumat, et in sterilitatem veritatem; hanc enim sterilitatem sepe comminatus est, et sepe infinitus Deus Iudeis, ob eorum peccata.

Allegor. Procop., Rupert., Raban. et Greg. 18 Moral. 12, per ignem hunc accipiunt ignem inferni et dannatorum.

Ubi nota primò, hunc ignem dici jam successum, tum quia jam existat ab origine mundi, Matth. 25, 41, Isaie 50, 53; tum quia in Dei presentia et predestinatione preparatus est, ut su tempore exurat peccatores et reprobos. Secundò, ignem hunc successum dici in *furore Domini*, quia auctor illius est furor Domini, id est, voluntas et firmus propositum puniendo impios modo horribili et inaudito, qualiter suggerere solet furor. Ira enim et furor in Deo non sunt passiones, quales in nobis, sed voluntas tranquilla et rationabilis, acerrima tamen et efficacissima, atque omnipotens infligendi penas aeternas; itaque cum ejus effectus omnem furem æquet, et etiam supereret, meritis furor dicitur. Tertiò, quid ignis hic ardebit usque ad *infernum novissimum*, q. d.: Ignis ille non solum hic in terra corripiet et involvet impios (cum Dominus iudicabit orbem), sed etiam in inferno, et in ima terra voragine in omnem aternitatem ardedit. Quartò, quid ignis hic *devorabit terram*, id est, universum terrae solum et superficiem, et quidcum ex terra oritur, nimis omnis arbores, sylvas, vegetes herbas, omnes domus, ares, palatia, ubes, turres, omnesque opes, quæ in continentur, in favilam et cinereum rediget, 2 Petri ult. v. 10 et 12. Quintò, quid ignis hic etiam *montium fundamenta* altissime demersa comburat, tum quin metalli, gemmas, onusque opes in visceribus terra contentas absument, tum quia mixta omnia vi sua dissolvet, et in sua primordia ac simplicia principia rodiget; hoc est quid canit Psalms. 96: *Montes sicut cera flucentur à facie Domini, à facie Domini omnis terra;* et Judith. e. 16: *Montes à fundamentis movebuntur cum terra;* petrus sic uero rescepit etiam demonis esse nomen, qui ob velocitatem et discursum, avis et volatilie nuncupetur; unde Habacuc 5, v. 4, noster interpres pro rescepit veritatem, *diabolus*. Hinc secundò, rescepit significat ignem, vel fulgetra, que instar volucrum celeriter discurrunt et adiungunt, ut psal. 77, 48. Tertiò, rescepit significat sagittas ignitas, quas milites potenter et celeriter ex arcibus ejaculantur, ut domos et urbes incendant, ut patet psal. 75, 4.

S. Prosper gehennæ penas ita paucis, sed nervosè describit lib. 5 de Vita contempl.: Continuus inquit genitus, crucias aeternas, dolor summas, penalis sensus, torquent animas, neque extorquent; puniunt corpora, neque finiunt, sibi deputatos ignis non extinguit,

ut permanente sentiendi vita, pena permaneat; et ad dolendum magis quam ad vivendum, exterius corporibus compeditos habeant, quos in flammis vivacibus immortaliæ secunda mortis occidat. Hunc ignem jugiter proponebat sibi sanctus ille abbas in Vitis Patrum, lib. 7, c. 44, dicens: *Ego ob peccata mea inferno adjudicavi meisipsum, dicoque: Esto cum his quibus dignus es, istis post modicam admuneraberis. Video igitur ibi pares geminos et inaccessibiles lacrymas. Aspicio stridentes dentibus, et salientes tot corpore, et trementes a capite usque ad pedes. Video et mare ignis bullientis immensibile, et circumfluentes et rugientes, ut putent aliqui usque ad celos attingere fluctus ignis, et in tremendo illo mari innumerabiles homines dejectos, et una voce omnes clamantes et ultrantes simul, quales nemo super terram ultratos et voces inquam audierat, et sicut arentia omnis virgultu cremerat, misericordia autem Dei se averteat ab illis. Et tunc lamentor genitum, quid audeam logui, vel cuilibet attendere, tantum mundo depositis malis. Et in his teneo mentem meam, lucum meditans, indicium meo celo et terra judicium.*

Vers. 23. — ET SAGITTAS MEAS COMPLEO IN EIS. *Complebo*, id est, plene immitiam, *sagittas*, id est, ultiones et plagas omnes meis.

Vers. 24. — CONSENTRUNT FAME. Chald. vers. *Adiusti erunt fame.*

DEVONABANT EOS AVES. Pro aces hebr. est vox rescepit, que generaliter significat omne id, quod volando adiut, incendit et inflammat; aliquid enim per metathesis ad *saraph*, id est, incendere, adiudare; licet S. Hieron. rescepit, verat reptans ventre, quasi alia metathesis rescepit alludat ad *raptas*, vel *ramas*, id est, reperire, illae rescepit vertunt aveni, vel volucem, tam Septuag. quam Chald. Symmachus, Aquila, Theodor. et quinta editio, teste S. Hieron. in Habacuc 5, 4, additio Hieron. Hebreos diceret rescepit etiam demonis esse nomen, qui ob velocitatem et discursum, avis et volatilie nuncupetur; unde Habacuc 5, v. 4, noster interpres pro rescepit veritatem, *diabolus*. Hinc secundò, rescepit significat ignem, vel fulgetra, que instar volucrum celeriter discurrunt et adiungunt, ut psal. 77, 48. Tertiò, rescepit significat sagittas ignitas, quas milites potenter et celeriter ex arcibus ejaculantur, ut domos et urbes incendant, ut patet psal. 75, 4.

DENTES BESTIARUM IMMUTAM IN EOS, q. d.: Immutiam in eos feras bestias, ut lupos, leones,

vel potius Joannes Moscus in Prato spirituali c. 142. Rursum c. 169, Alexander ita se exxit: *Wie tibi, Alexander! quanta erit confusio tua, cum ceteri coronabuntur!* Et cap. 156, sequens quidam dubius philosophus verbum addicationis a se potestibus dixit: *Eloquentia studiosi est, non veri philosophi; quoniam enim loqui discit, quasi longi nesciat?* Sit ergo philosophus vestra opus semper militari mortem, silentioque et quieti vos assuefacte. Abbas Silvans in Vitis Patrum, lib. 5, tract. de Compunctione, raptus, ac rediens ad se, ecclita in faciem, ac flevit; rogatus eur, dixit: *Ego ad iudicium raptus sum, et vidi multos de habitu nostro euntes ad tormenta, et multos seculares euntes ad regnum.* Et lugebat senex, et noblebat deinceps exire de cella sua; sed si exire cogebatur, operiebat capitum faciem suam, dicens: *Quid necesse videbam lumen istud temporale, in quo nihil est utille?* Ibidem, monachus quidam qui negligenter vixerat, agrotans, raptus fuit ad iudicium, et inventus matrem suam jam mortuam cum his qui iudicabantur. Illa autem ut vidit eum, obstupuit et dixit illi: *Quid est hoc, fili?* et tu in hunc locum condenationis jussus es venire? ubi sunt sermones tui, quos loquebaris dicens: *Volo salvare animam meam?* Confusus ipse, ac rediens ad se inclusit se penitentem et plorans negligentiam suam; cùmque multi cum rogarant, ut a nimis deta temperaret se laederet, noluit consolari, dicens: *Si improbum matris meae sustinere non potui, quomodo Christi et sanctorum eius angelorum adversum me confusione patio in die iudicii sustinere?* Ibidem, aliud senex dixit: *Si possibilis esset in adventu Dei post resurrectiōnem, praे timore interire animas hominum, omnis mundus moreretur à terrore atque formidine.* Quale est enim videre celos cessos, et Deum revolutum cum ira et indignatione, et militias innumerabiles angelorum, et totum simul genus hominum intendere? proper quod sic debemus vivere, ut pote qui de singulis motibus nostris ratione extengendi simus a Deo. Alius senex vidit quemdam ridentem, et dixit ei: *Coram colli et terra Domini rationem totius vite nostre reddituri sumus, et tu ride!* Piè S. Bernar. serm. de Apostolis Petro et Paulo: *Cumnam sapient! etc., inquit, ut scilicet aternitatis imago reformaretur in nobis, videlicet ut præsendia moderorum per sapientiam, præterita per intelligentiam dijudicemus, novissima pro-*

videamus ad caelos. Idem Epist. 292: Utinam, inquit, saperes que Dei sunt, intellegeres que mundi sunt, provideres que inferni sunt! profecto inferni horrees, superna appeteres, que sunt mundi contumescere. Ita sapuit abbas Olympius in Prato spirit. cap. 14; rogatus enim: Quomodo sedes in hac spelea? Quomodo toleras astus et cynipes? ait: Ista ideo tolero, ut futuri cruciatibus liberer; ideo cynipes patior, ut immortale effugiam verumen; sic et astum patior, eternum metuam ignem; hec enim temporalia sunt, illa vero finem nullum habent. Ita sapuit et abbas Moses in viti Patrum, lib. 7, c. 26, dicens: Ut mortifices, cogita te triennium jam agere in sepulcro. Et alias cap. 44, cuius haec erat quotidiana exercitatio: Ego, inquit, angelus aspicio, ascendentis et descendentes ad vocationem animorum, et semper finem meum opporier, dicens: Paratum cor meum, Deus, paratum cor meum. Et aliud ibidem: Ego, inquit, ex quo renunavi terra, quotidie mihi dixi: Hodie renatus es, hodie copisti servire Deo; si esto quotidie peregrinus, et eternum liberandum. Plura attulit Levit. 16, sub finem cap.

Vers. 50. — QROMOD PERSEQUATUR (ita legendum est cum Rom. nou. persecutabatur) UNUS MILLE, ET DUO FUGENT DECEM MILLIA? q. d.: Vel ex hoc sanè quod dicam, admoneri debuissent suis impiatibus, et ad sapientiam incitari, ad discere et adverteire iudicia Dei; qui enim fieri posset, ut unus hostius persecutor milie Israelitas, et duo fugient corrum decem milia, nisi quia Deus eos tradidit, et quasi vendidit hostibus eorum, et conclusi eos in manus illorum?

Vers. 51. — NON ENIM EST DEUS NOSTER, UT DI EORUM, qui multa simuntur cultorum peccata, quique impotentes sunt, ut se suosque uilescant, ut alii benefaciant, vel malefactant, cuius rei testes sunt etiam inimici nostri, qui potentiatis et severitate justitiamque Dei nostri praesuis idolis experti sunt, ut Egyptii, Amalecite, Amorrei, et cetera gentes, per quas transivimus, quae deinceps eadem experientur.

Vers. 52 et 53. — DE VINEA SODOMORUM VINEA EORUM, q. d.: Merito tradidit, id est, tradet, Deus Iudeos hostibus suis, quia hic populus, qui mihi fuit quasi vinea electa, degenerans facta est de vinis Sodomorum, et de suburbani et arvis Gomorrhæ, q. d.: Pessima facta est, imitata Sodomitas et Gomorrhæcos, ac si ab eis, non tunc patribus prognata fuisset. Unde

et UVA EORUM UVA FELLIS, q. d.: Uva talis vineæ, id est, fructus et opera Iudeorum sunt felice, amarissima et pessima. Hinc et FEL DRACONUM VINUM EORUM, ET VENENUM ASPERUM INSANABILE, q. d.: Vinum, id est, doctrina ab illis tam impis expressa et manans, quam ipsi alii propinavit, ut in eos sua sclera transfundant, et venenata et lethifera, velut fel draconum, et venenum crudelis ac insanabile, quod omnes bubeatis perdit et occidit.

Sie Isaías cap. 4, 10, principes Iudeorum vocat principes Sodomorum, et populum vocat populum Gomorrhae. Sie Ezech. 16, 5, Iudeos impios aliquos, sit: Pater tuus Amorheus, et mater tua Cetha. E contrario illi Abramam vocant gentiles, qui Abrakha fidem et opera imitantur. Ita Procop.

Apositè vir illi honestus, cum quidam ei obijiceret familiam ignobilem, respondit: Mihi probro est genus meum, tu autem probro es generi tuo, uti refert B. Greg. Naz. Orat. in malo mali moratur. Paulus altera haec adaptat Abrah: Peccatum, inquit, consummatur in tribus, primò in corde; secundò, in ore; tertio, in opere; ideo ponuntur hic tria, scilicet uva, quantum ad primum; uva, quantum ad secundum; vinum, quantum ad tertium: et est ordo inter ista, quia ex vinea procedit uva, et ex uva vinum; sic ex peccato cordis procedit peccatum oris, et inde peccatum operis.

Moraliter S. Greg. lib. 4 in lib. 1 Regum 4: et Vinearum, inquit, appellatione mentis concupiscentiae recte figurantur, quia reborum corda inebriant, et à cognitione veritatis alienant. Ex Sodomorum quippe vinea item, ex Gomorrha ducit propinquum, qui nefandissimis concupiscentiis mentein replet; quasi enim vineam facit, qui inde aeterna obliviscitur, unde per concupiscentias christatur; et qui se quasi sub umbrâ vinea, et amaritudinis; uva quippe in visu est, fel in sapore; visum oblectans, gustum americanus; qui nimis reproba menti valde placet quod concepiscit, sed in eternâ pena, quod sibi modo est dulce, amarescit. Denique S. Ambros. lib. de Eliâ et Jejunio, cap. 14, uvinum et ebrietatem hic ad littaram intelligit, notatque ex uocari venenum, non tam corporis, quam mentis.

Vers. 54. — NONNE ILEG CONDITA SUNT APEL

ne? q. d.: Ne putetis, quod ego temporis intervallo horum obliviscar; nam memoria istarum culparum, quia significantur nomine vineæ, uvarum et vini, manet apud me abscondita, et alia mente reposta.

ET SIGNATA IN TESORIS MEIS, q. d.: Sic ut que in thesauris sunt, id est, diligenter clausa, ne aliquis ea surripere possit; ita omnia quæ Judei agunt et agent, in secreto cognitionis, scientie et memorie mee servantur, quasi obsignata, sigillata et clausa, in suo tempore eadem puniam et uilescar, nam

VERS. 55. — MEA EST CLUTIO, q. d.: Mibi competit, ad me pertinet ultio, meum est uilescere, illudque non differat quia instat dies perditionis vestre et ultionis tempora.

Ex hoc loco abbas Sisio in Vitis Patrum lib. 5, c. 16, de Patientia, suscit monacho uidam leso et volenti se vindicare, ut Deo relinqueret vindictam, cuncte illi nolle, dixit: Oremus, fratres. Et sacerdos, dixit: E Deus, iam te opus non habemus cogitare de nobis, quoniam nos ipsi vindictam nostram facimus. Hoc audiens frater cecidit ad pedes ejus, dicens: Jam non contendo cum fratre illo; sed rogo, ignoscere milii. Nostrum ergo est iniurias imprecari Dei non ultionem, sed beneficium; Dei enim est uilescere. Ps. 95: Deus ultionum Dominus, Deus ultionum liberè egit. Exaltare, qui iusticiam terram, reddere retributionem superbiis.

Memorabiliter est quod de M. Biblio vivo antiquissimo scribit Valer. Max. lib. 4, c. 4: Illic, inquit, cum in Syria moraretur, duos egregie indolis filios suos, a Gabiniensis militibus in Egypto occisos cognovit. Quorum interfices ad eum vincitos regina Cleopatra misit ut gravissime cladi ultionem arbitrio suo exigeret. At ille, oblatu beneficio, quem nullum magis tribui lugenti poterat, dolorum moderationi cedere coegit, carnificesque sanguinis sui intactos est vestigio ad Cleopatram reduci jussit, dicendo potestatem hujus vindice non suum, sed sententia esse debere. Itane gentilis princeps private injuria, ejusque gravissime ultionis ressignat senatus, et Christianus eandem non resignabit Deo suo?

UT LABRAT PES EORUM, UT COTTUANT in omnibus mala et plagis, presertim coram hostibus.

Vers. 56. — JUDICABIT DOMINUS POPULUM SUUM, q. d.: Justè uilescetur et puniet Dominus peccata populi sui.

ET IN SERVIS SUIS MISEREBITUR, q. d.: Ubi conpunit, ipse hanc punitione ad Dominum re-

versi fuerint, tum rursus Dominus erga eos quasi seruos suos, misericordia flegetur.

VIBERIT enim, QUONIAM INFORMATA SIT MANUS, id est, robur, et potentia eorum, ita ut clausi etiam in turribus DEFECERINT, et pauci illi qui erant RESIDUI, penè omnino CONSUMPTI SINT.

Hebr. 13 axelet id, id est, quod abierit manus, hoc est, quod sint sine manu, quod nihil possint; quod dissoluti sint viribus, et deliciecent, et si manibus truncati essent. Unde Septuag. vertunt: *Habentur uiribus soli existimantes*. Videns ergo hand extreamam miseriam, eorum miserabitur. De scribatur enim hic tribulatio Iudeorum, inquit Abulensi, ad modum civitatis, quae ab hosti bus obsidetur, in qua priuè defendentes muros lassantur et moriuntur; deinde capti civitate, illi qui in fortibus castris et turribus inexpugnabilibus se concludunt, fame et siti eneantur, ac tandem imbelli vulgus reliquum capitur et consumitur.

Vers. 57. — ET DICUT DEUS per Prophetas, quos mittet ad Iudeos, ut resipiscant et ad Deum redant: UBI SUNT DIU EORUM? ubi sunt idola vestra in quibus speratis?

Vers. 58. — DE QUORUM VICTIM COMEDEBANT ADIPES, insultando huc dicit; nam in vero et ordinato Dei cultu, adeps omnis victimarum à nemine comedit, sed solo Deo adoleri debebat, ut patet Levit. 5, 17; sic ET VINUM LIBAMINUM, id est, quod soli Deo libari et effundi debebat ipsi sacrilegè more gentilium HIBERNANT.

SURGANT ET OPTULENTUR VOBIS. Est enallage personæ; transit enim à terribi ad secundam.

Vers. 59. — EGO OCCIDAM, ET EGO VIVERE FACIAM; PERCUTIAM, ET EGO SANABO. Armachamus in questis Armen. asserit se à quadam docto Hebreo accepisse, hebreas punctanda esse passive hoc modo: *אָנֹת תְּבִלֵּת תְּבִלֵּת יְהֻדָּה*, ani omith vacchie, mucharisti uani eraph, id est: Ego occido et vivam, transfigur et sanabor; itaque scriptum est in codice conscripto manu Esdra, qui Bononia apud patres Dominicanos servatur; quasi hic sit propheta de Christo, de eoque dicatur quod ipse à Judeis sit occidens, mox à morte propriâ virtute resurrectorus, quasi Dominus vite et mortis. Verum horum penes eum sit fides. Alter enim legit noster, Chalda. et Septuag.

Vers. 40 et 41. — LEXATO AD COELUM MANUM MEAM, id est, jurabo; ritus enim jurantium est, ut in alium manu elevent quasi vocantes in testem Deum qui in aliis habitat, q. d.: Ego Deus, quasi elatâ manu jurabo per me et per vitam meam, dicens: Vivo EGO in AETERNUM (uî

homines jurant, dicuntque : *Vicit Dominus;* si accuro, ut fulgor gladium meum, et arriperit iudicium manus mea, q. d. : Cum preparavero gladium ulionis mee, ut sicut fulgor luceat, terreat, ac citissimum penetrat, et ultra potesta mea conversa fuerit ad faciendum iudicium, reddam ultionem hostiis meis. Cogita quoniam terribile sit, erique iudicium Dei, praeferum extremum quo dannati adjudicabuntur gehenna. Audi S. Anselm. lib. de Misericordia hominis: Hinc erunt accusantia peccata, inde tenebrosi; subtilis potens horridum chaos infernorum, desuper iratus iudex; intus urens conscientia, foris ardens mundus. Justus vix salvabitur; peccator sic deprehensus, in quantum partem se premet?

VERS. 42. — INIERIBA SAGITTAS MEAS SANCTAS, q. d. : Sagittas meas omnino imbuan sanguinem, scilicet corde occisorum, ut sacrificior, et de CAPITIVITATE NUDATI INIMICORUM CAPITIS, id est, crux captivorum inimicorum, qui nudati sunt capitis, seu nudato capite, quasi victi et capti, ante victores hostes incedere coguntur.

VERS. 43. — LAUDATE GENTES, POPULUM EJUS. *Eius,* scilicet Dei, q. d. : O gentes, dum huc intelligitis, laudate populum Domini, eo quod tam propitium et justum habeat Dominum; licet enim ipse eum ad tempus tradidisset hostibus impium puniciendum, tamen tandem uiceceter, et rependit talionem hostium ejus, ac miserebitur populi sui, ad se reveri.

Septuaginta, paraphrastica ita vertunt: *Lectamini, celi, simul cum eo, et adorare eum uniuersi angelos Dei. Lectamini, gentes, cum populo ejus, et reuocare in eo omnes filii Dei; quoniam sanguinem filiorum ejus uiceceter, etc.* Quod de gentium vocazione pulchre explicat hic Theodor. q. 42, in Apostolus Rom. 11, 15, quia sicuti ad litteram hisce verbis promittitur liberatio populi Dei à violentia hostium suorum, ita mystice promittitur liberatio futura per Christum, que tam gentibus, quam Iudeis praestitit est.

VERS. 44. — VENIT ERGO MOYSES, ET LOCUTUS EST, etc., IN AURICULIS POPULI; locutus est populo audienti et auscultanti. Est anacophaesis; recapitulat enim hic Script. quod Moses hoc canticum audierit et didicerit à Domino in tabernaculo cap. pree. v. 15 et 19, illudque deinde populo promulgavit.

CAPUT XXXIII.

1. Ille est benedictio, quā benedixit Moses, homo Dei, filii Israel ante mortem suam.

Querit: S. Chrys. in Isaie 1, cur canticum hoc vocet canatque Moses, cum potius sit acris populi obijugatio? ac respondet, sapienter eum id facere, ut canto leniat asperitatem obijugationis. Ex usu, ait, spiritualis sapientia, modulatione cantici dejectionem ei suffratur est. Nimirum ars fuit boni pastoris animarum, quasi ad fistulam edulcorare oīibus amara papula, que tamen noverat profutura saluti.

VERS. 46. — PONTE CORDA NESTRA IN OMNIA VERBA, mentem apponite, et attendite ad omnia verba mea, quae ego testificor, id est, serio predoceo, voeis, in hac die qui moriar, adhuc vestibus, scilicet invocans celum et terram.

VERS. 48, 49 et 50. — LOCUTUS EST DOMINUS AD MOYES IN EADEM DIE, DICENS: ASCENDE IN MONTEM ABARIM, CIC., QUEM CONSENDUNT JUNGERS POPULUS TUIS. Hinc salis colligitor, Moyses eodem die quo ceecit hoc canticum concenside monitem, ex coquio speculator esse terram sanatanam, ac mox vita esse defunctum.

VERS. 49. — ABARIM, ID EST, TRANSIITUM; id transitum, non es in hebreo, sed ab interprete explicatio gratia est additum; nam *Abarim* hebr. significat transitus, in plurali, forte quia per eum pluribus viis ex Moab transibatur in Chanaan. Unde Chalda interpres montem *Abarim*, vertit, montem *transiitum*. Rursus per hunc montem transiit Moses, non in Chanaan, sed ex hac vita in Limbum, et inde in celum. Consendamus et nos cum Moze sepem montem *Abarim*, et transitum nostrum ex hac vita in alteram speciem, que ibi nos domus expectet, quis locus, qui cives, quod seculum, que eternitas, discamus mori et transire. Ita ascendit S. Basil., sed Moise dicitur, de quo audi S. Greg. Nazianz, in eius laudibus: « Cum autem cursus confecto, fidei et sevata resolutione desiderio teneretur, tempus coronarum appeteret, atque illud quidem non audisset: Ascende in montem, et moreris; verum: Morere, et ad nos ascende; hic quoque miraculum edit superioribus ne quaque inferius. Nam cum ferme mortuus et innamis esset, maximaque ex parte vita perfactus, circa extremos sermones invaserit, ut cum pietatis verbis abscederet. »

In montem Nebo Nebo erat jugum, vel cacumen montis *Abarim*.

VERS. 52. — E CONTRA, è regione.

CHAPITRE XXXIII.

1. Voici la benédiction que Moïse, homme

de Dieu, donna aux enfants d'Israël avant sa mort.

2. Et ait: Dominus de Sinaï venit, et de Sinaï ortus est nobis; apparuit de monte Pharan, et cum eo sanctorum milia. In dextera ejus ignea lex.

3. Dilexit populos, omnes sancti in manu illius sunt: et qui appropinquant pedibus ejus, accipient de doctrina illius.

4. Legem praecepit nobis Moyses, hereditatem multitudinis Jacob.

5. Erit apud rectissimum rex, congregatis principibus populi cum tribubus Israel.

6. Vivat Ruben, et non moriatur, et sit parvus numero.

7. Hee est Jude benedictio: Audi, Domine, vocem Jude, et ad populum tuum introduc eum: manus ejus pugnabit pro eo, et adjutor illius contra adversarios ejus erit.

8. Levi quoque ait: Perfectio tua, et doctrina tua viro sancto tuo, quem probasti in tentatione, et iudicasti ad agnas Contradicitionis;

9. Qui dixit patri suo, et matri sue: Nescio vos, et fratribus suis: Ignoro vos: et nescirent filios suos. Illi custodierunt eloquium tuum, et pactum tuum servaverunt,

10. Iudicia tua, ô Jacob, et legem tuam, ô Israel! ponent thymiana in foreno meo, et holocaustum super altare tuum.

11. Benedic, Domine, fortitudini ejus, et opera manuum illius suscipe. Percute dorsi inimicorum ejus, et qui oderunt eum non consurgant.

12. Et Benjamin ait: Amantisimus Domini habitat confidenter in eo: quasi in thalamo tota die morabitur, et inter numeros illius resilescit.

13. Joseph quoque ait: De benedictione Domini terra ejus, de pomis cœli, et ore, atque abyssu subjacente:

14. De pomis fructuum solis ac luce:

15. De vertice antiquorum montium, de pomis colluum aeternorum:

s. s. vii.

de Dieu, donna aux enfants d'Israël avant sa mort.

2. Et il dit: Le Seigneur est venu de Sinaï; il s'est levé sur nous de Sinaï; il a paru sur le mont Pharan; et des millions de saints *anges* étaient avec lui. Il portait en sa main droite la loi écritre de son doigt, qu'il nous a donnée en milieu du feu, par un effet de son amour pour nous.

3. Car il a aimé les enfants de Jacob; il les a choisis d'entre les peuples pour son héritage. Tous les enfants d'Israël, qui sont saints et consacrés à son service, sont dans sa main; ils sont sans sa protection puissante; et tous ceux qui se l'orientent à ses pieds, et qui sont soumis à ses lois, recevront ses instructions et sa doctrine; c'est ce que nous avons éprouvé nous-mêmes.

4. Car Moïse nous a donné de sa part une loi, pour être l'héritage de tout le peuple de Jacob, et pour ouvrir sur lui les bénédictions du Seigneur.

5. Elle tiendra lieu de roi dans Jacob, tant qu'il aura le cœur droit, tant que les princes du peuple seront unis avec les tribus d'Israël.

6. Moïse dit ensuite: Que Ruben vive, et qu'il ne meure pas; mais qu'il soit à petit nombre, pour le punir de l'inceste qu'il a commis avec la femme de son propre père.

7. Voici la bénédiction de Juda: Seigneur, écoute la voix de Juda, et donnez-lui parmi son peuple la part que vous lui avez destinée; ses mains combattront pour Israël, et il sera son protecteur contre ceux qui l'attaqueront.

8. Il dit aussi à Lévi: Ô Dieu, votre protection et votre doctrine ont été données à l'homme que vous avez consacré; que vous avez éprouvé dans la tentation, et que vous avez jugé; aux cans de Contradicition, indigne d'entrer dans la terre que vous nous avez promise :

9. Qui a dû à son père et à sa mère: Je ne vous connais point; et à ses frères: Je ne sais qui vous êtes. C'est ce qu'a fait les Lévitiques: car il n'a point connu leurs propres enfants, et ils n'ont point été touchés de compassion pour eux, lorsqu'il s'est agi de verser l'ouvrage fait au Seigneur. Ce sont eux-là qui ont exécuté votre parole, ô mon Dieu! et qui ont gardé votre alliance,

10. Qui ont observé vos ordonnances, ô Jacob, et votre loi, ô Israël! Ce sont ceux-là aussi, ô mon Dieu! qui offriront de l'encens dans le temps de votre fureur, et qui mettront l'holocauste sur votre autel, par un privilège singulier que vous avez accordé à la tribu de Lévi.

11. Bénissez sa force, Seigneur, et recevez les œuvres de ses mains. Chargez à dos ses ennemis, et que ceux qui le haissent tombent sans pouvoir se relever.

12. Moïse dit aussi à Benjamin: Ce peuple, qui est le bien-aimé du Seigneur, demeurera en lui avec confiance; il habitera tout le jour autour de son temple, comme dans sa chambre nuptiale; et il se reposera entre ses bras, s'y trouvant à couvert de la violence de ses ennemis.

13. Moïse dit aussi à Joseph: Que la terre de Joseph soit remplie des bénédictions du Seigneur, des fruits du ciel, de la rosée, et des sources d'eaux cachées sous la terre,

14. Des fruits produits par la vertu du soleil et de la lune,

15. Des fruits qui croissent sur le haut des